

Genera-
lis com-
monefa-
ctio de
compa-
randis a-
micis.

Quæri-
tur.


C I I.

Deniq; ad unumquemvis pertinet, ut πολυφιλίαν, ceu perniciosam ὑπερβολήν, pariterq; ἀφιλίαν ceu ἔλλειψιν multis suppositam incommodis & periculis, omni contentionis studio devitet. 9. Eth. Nic. 10.

C I I I.

Verùm ne, præter institutum nostrum, thesauron excre-
scat numerus; hic pedem figimus: Disquisitionem no-
stram concludentes commonefactione Dialogo Cicero-
nis, qui Lælius inscribitur, his verbis inserta: Ego vos
hortari tantum possum, ut Amicitiam omnibus rebus hu-
manis anteponatis. Nihil enim est tam naturæ aptum,
tam conveniens ad res vel secundas vel adversas. Atq; in
fine: Vos hortor ut ita virtutem locetis, sine qua Ami-
citia esse non potest, ut excepta ea nihil Amicitia præsta-
bilis putetis.

1. Num Amicitia ex indigentia ortum trahat? A.
2. Vtrum omnis φιλαυτία sit repræhendenda? N.
3. Vtrum Patri an verò Matri plus debeatur hono-
ris? A prius.



Ad